

Petes 5. Quos obligabat præceptum de non comedendo fructu Ligni Scientiæ boni, & mali? R. quamvis hoc præceptum soli Adæ fuerit immediate intimatum, ut patet ex verbis Dei præcipientis Adæ in singulari: *de Ligno autem Scientiæ boni, & mali ne comedas*, Genes. 2. attamen per ipsum erat Evæ indicandum, eamque obligabat, & non eam tantum, sed omnes Adæ posteros, si status innocentie perseverasset. Prob. de Eva. 1. ex ejus verbis ad Serpentem Genes. 3. *Præcepti nobis Deus ne comedemus*, &c. 2. Ex poenis, quas incurrit post esum hujus Ligni, perdidit namque gratiam sanctificantem, consequenter statum innocentie, & omnia dona illi annexa, & facta est obnoxia doloribus, ærumnis, & morti, non secus ac ipse Adam. Par autem poena supponit par peccatum.

Prob. de Posteris Adæ. 1. Hoc ipso quod hoc præceptum, licet soli Adæ immediate intimatum, obligabat etiam Evam, signum est quod non erat personale, sed totam naturam ab Adamo propagandam spectabat. 2. Quia Deus Genes. 2. dicit Adæ: *Ex omni ligno Paradisi comede, de ligno autem Scientiæ boni, & mali ne comedas*; atqui 1. pars hujus propositionis, sive fuerit præceptum, ut quidam volunt, sive tantum permissio, ut probabilis est, spectabat omnes Adæ posteros: ergo & secunda. 3. Protestatio divini subjectionis & obedientie, ad quam erat impositum hoc præceptum, debebat esse perpetua, nec minus conveniebat filiis, quam Parentibus: ergo.

Petes 6. utrum istud præceptum obligaret sub peccato mortali? videtur quod non, quia erat materia levis. R. affirmative. 1. Quia propter ejus transgressionem Adam & Eva amiserunt vitam animæ & corporis: ex gravitate autem poenæ colligitur gravitas obligationis præcepti. 2. Quia, licet materia videatur secundum se levis, attentio tamen sine præcepti erat gravi: impositum enim erat, ut homo per ejus observantiam protestaretur Deo suam subjectionem, obedientiam, & gratitudinem pro tot, ac tantis beneficiis acceptis.

ARTICULUS V.

A quo tentata fuit Eva, ut mandicaret de ligno vetito?

Scriptura Genes. 3. narrat, Evam fuisse tentatam a Serpente. Ophite teste Irene 1. 1. de Hæres. cap. 34. Tertull. 1. de Præscrip. cap. 47. Epiphani. Hæresi 17. & alii, dixerunt Serpentem hunc fuisse Dei Sapientiam, quibus postea adherentes Manichæi dicebant esse Christum, quorum insanum errorem confutavit Aug. hæresi 17. & Epiphani. hæresi 47. Cajetanus in c. 3. Genes. docuit, Diabolum tentasse Evam per solam suggestionem interioriorem, sicut nos nunc tentare solet, metaphorice intelligens que dicuntur de Serpente. Contra quos

Dico: (2. 2. q. 143. art. 2. ad 2. & 3.) Eva tentata fuit a Diabolo per Serpentem verum & naturalem, quo Diabolus usus est ut instrumento ad formandas voces humanis similes. Prob. 1. pars ex illo Sap. 2. *Invidia Diaboli mors introivit in mundum*; & ex illo Joann. 8. *Diabolus fuit homicida ab initio*. 2. Quia illa tentatio, in qua colloquebantur ad invicem Eva & Serpens, non potuit esse nisi a creatura intellectuali; creature autem intellectuales non sunt nisi Angelus & homo; atqui non potuit esse illa tentatio ab homine, quia præter Adam nullus alius adhuc erat; & etiam si fuisset, non potuisset formare voces per Serpentem; non ab Angelo bono, qui tanti mali non fuit auctor: ergo ab Angelo malo, seu Diabolo.

Prob. 2. pars 1. Genes. 3. dicitur: *sed & serpens erat calidior omnibus animalibus terre, quæ fecerat Dominus Deus, qui dixit ad mulierem*, &c. Et infra: *Et ait Dominus Deus ad Serpentem: quia fecisti hoc, maledictus es inter omnia animalia & bestias terre: super pectus tuum gradieris, & terram comedes omnibus diebus vite tue*. In primis fit in his locis comparatio inter Serpentem, & cætera animalia terre; atqui inepta foret comparatio, si per Serpentem intelligatur Diabolus, aut fictus Serpens, & non verus & naturalis Serpens, qui sit animal terre. Item, cum dicitur: *Maledictus es inter omnia animalia & bestias terre*, aperte significatur ipsum esse de numero animalium & bestiarum terre. Denique, quæ adduntur, *super pectus tuum gradieris, & terram comedes*, &c. non nisi vero & naturali Serpenti conveniunt.

2. Narratio historica Scripturæ non debet, ut jam diximus, transferri ad metaphoras, nisi aliunde constet aperte ea, quæ narrantur, fuisse dicta metaphorice, quod hic non currit.

Obj. 1. Congruentius Diabolus tentasset Evam per suggestionem interioriorem, sicut nos tentare solet, quam per aliquid

sensibile: ergo. R. (Ibid.) Id tamen non potuisse diabolum, quia minimum potestatis habebat in hominem in statu innocentie, sicut non poterat in ejus phantasiam immediate agere ut eam mutaret, sed exterius tantum mediante aliqua re sensibili.

Obj. 2. Serpens naturalis non est callidior omnibus aliis animalibus: ergo non potest intelligi de vero serpente, sed de Diabolo.

R. Serpentem hic dici posse callidior omnibus animalibus 1. Propter diabolum, qui eo utebatur: sicut dicimus *linguam dolosam*, non quod ei insit dolus, sed quia eam movet mens dolosa. 2. Quia revera callidissimus est serpens tunc ad insidiosè nocendum, tunc ad se incolumem servandum: unde dicit Christus: *Estote prudentes, sicut serpentes*: & ideo diabolus, permitte Deo, hunc elegit, ut instrumentum suæ calliditatis congruum.

Obj. 3. Diabolus sine corpore assumpto vocatur in Scriptura *Draco, Serpens*, ut Apostol. 12. & Isai. 27. ergo, quod hic dicitur *Serpens*, non sequitur, quod fuerit verus & naturalis Serpens.

R. N. Conseq. Quia hic ex adjunctis *Serpens* determinatur ad significationem veri, & naturalis Serpentis, ut patet ex probatione. Insuper, quod aliqua vox metaphorice intelligatur in aliquo loco Scripturæ, non sequitur, quod in omnibus sic debeat intelligi, præsertim ubi agitur de narratione historica, quando nihil cogit eam ad metaphoricum sensum transferre, ut diximus prius.

Obj. 4. Si verus Serpens Evam allocutus fuisset, Eva exhorruisset, & turbata statim fugisset: ergo.

R. N. Sequelam; quia, ut jam antea observavimus, omnia animalia erant tunc homini subjecta, nec ei poterat nocere: quod verò loqueretur Serpens existimavit Eva, id fieri ab aliquo spiritu, non reflectens an a bono, vel malo. Vel ut alii dicunt, putavit Eva, non assentiendo, sed cogitando secum, nunc Serpens haberet aliquam vim loquendi? Conditio enim mulieris non exigebat tam perfectam cognitionem rerum naturalium, sicut exigebat conditio viri.

Inst. Non potuit loqui Serpens absque miraculo, cujus tamen nullam mentionem fecit Moyses: ergo.

R. N. Ant. Potuit enim Diabolus absque miraculo formare per Serpentem ex aère voces humanis similes, sicut fecit Angelus per asinam Balaam, Num. 22.

Obj. 5. Angeli, sive boni, sive mali, quando apparent & loquuntur hominibus, non solent assumere vera & naturalia corpora sive hominum, sive aliorum animalium, sed simulacra tantum, quæ sibi formant ex aère, vel aliis corporibus: ergo verisimile est, sic contigisse in tentatione Eva; consequenter non fuisset saltim verum, & naturalem Serpentem, sed tantum simulacrum Serpentis.

R. N. Conseq. Esto id non solere Angelos, non sequitur id eos non posse. Posse autem & fecisse assumendo verum Serpentem, constat ex narratione historica Genes. 3. sicut constat ex Num. 22. Angelum bonum per verum & naturalem asinam Balaam voces eformasse, sicut eam ad hunc effectum assumpsisse.

Obj. 6. Maledictio lata in Serpente Genes. 3. non convenit vero, & naturali Serpenti, ut quod *super pectus suum gradietur, & quod terram comedet*; id enim est ipsi naturale, & ante maledictionem id ipsi conveniebat: ergo. R. Maledictionem, latam in Serpente, sensu naturali verum & naturalem Serpentem afficere, sic, ut quæ ipsi erant naturalia, eò quod fuerit instrumentum diaboli, facta sint illi infamia & probrosa; sensu autem mystico, quem Spiritus sanctus hic videtur intendere præcipue, afficit demonem, ut ex Aug. explicat S. Th. loco prius cit. ad 4.

Petes, quare Deus permisit tentari primos Parentes, quos præciebat peccatores? R. Aug. 1. 11. de Genes. ad litt. cap. 4. sic respondet: *Si ergo quaeritur, cur Deus permisit tentari hominem, quem tentationi consensus esse præciebat? Altitudinem quidem consilii ejus penetrare non possum, & longe supra vires meas esse confiteor*. Nihilominus alibi varias hujus permissionis rationes offert. Prima est, ut manifestaret sua attributa, nimirum omnipotentiam, quæ tanta est, ut de malo eliceret bonum & justitiam, puniendo, & misericordiam, parcendo. Secunda; quia ad ejus providentiam generalem pertinet unumquodque in sua natura relinquere, sicut sine re homines libero arbitrio præditos pro sua libertate resistere, vel cedere tentatori; & hinc Tertia; ut manifestaret homini infirmitatem suam, ostenderetque quid liberum arbitrium ex se posset, licet gratia sit instructum.

DISSERTATIO VIII.

DE PECCATO PRIMORUM PARENTUM, ET EJUS PŒNA.

D. Thom. 2. 2. Q. 163. & 164.

ARTICULUS I.

Quodam fuerit primum peccatum primorum Parentum?

Dico 1. (2. 2. q. 163. art. 1. o.) Primum peccatum primum Parentum fuit superbia. Prob. (Ibid. in arg. s. c.) 1. ex Scriptura. Eccli. 10. dicitur: *Initium superbiæ hominis*. hoc est, primum superbiæ hominis actus, apostatare a Deo: quoniam ab eo, qui fecit illum, recessit cor ejus. Quoniam initium omnis peccati est superbia; ubi manifestum est, sermonem esse de primo peccato hominis, & non Angeli. Item Tob. 4. Tobias morti proximus filium suum his verbis hortatur: *Superbiam ne inquam in tuo sensu, aut in tuo verbo dominari permittas; in ipsa enim initium accepit omnis perditio*, scilicet, ut patet, inter homines.

Prob. 2. ex Patribus. Aug. 1. 11. de Genes. ad Litt. cap. 5. *Neque arbitrarium est*, inquit, *quod esset hominem dejecturus iste tentator, nisi præcessisset in anima hominis quedam elatio comprimensa*. Et 1. 14. de Civit. cap. 13. *In occulto mali esse cœperunt, ut in apertam inobedientiam laborarent: non enim ad malum opus pervenerunt, nisi mala voluntas præcessisset*. Porro male voluntas initium quid potuit esse, nisi superbia? *initium enim omnis peccati superbia*.

S. Ambros. serm. 14. in Ps. 118. *Superbia hominem primò deiecit*. S. Prosper 1. 2. de vita contemplat. cap. 19. de primis Parentibus dicit, *Non desererent Deum, nisi superberent, et similitudinem Dei miserabiliter appetissent*. S. Leo serm. 5. de Nativit. vocat vulnera superbiæ, quæ inflata fuerunt generi humano ex parte Adæ. S. Greg. 1. 14. Moral. cap. 17. postquam retulit illud Eccli. *Omnis peccati initium superbia*; subiungit: *per hanc enim ipse (Diabolus) succubavit, per hanc sequentem hominem stravit*.

Prob. 3. ratione. (Ibid. o.) Primi Parentes non poterunt peccare ex affectu alienius objecti sensibilis, in quod concupiscentia immediate ferretur; cum tunc appetitus inferior esset perfectè subjectus rationi, & ratio Deo, appetitus inferior non poterat deordinari, nisi superior prius deficeret a Deo: ergo primò peccaverunt primi Parentes ex appetitu boni spiritualis ultra mensuram sibi competentem, qui est nimis amor propriæ excellentiæ, ideoque superbia.

Solvuntur objectiones.

Obj. 1. Eva, antequam superberet, peccavit colloquendo cum Serpente, debebat enim statim fugere. Item peccavit, dum mandicaret dixit Deum prohibuisse, ne tangerent fructum ligni vetiti; non enim tactum, sed esum duntaxat Deus prohibuerat. Item, dum dubitavit de peccati mortis a Deo absolute statuta dicendo, *ne forte moriamur*; atqui hæc contigerunt, antequam ex verbis Serpentis superbere posset; nondum enim tunc Serpens dixerat: *Erritis sicut Dii, scientes bonum et malum*; ex quibus verbis in superbiâ elata est.

Ad 1. Evam non peccasse colloquendo cum Serpente, quando enim quis prudens & fortis colloquitur cum insidiatore, non ideo peccat, quod loquatur; sed quod non se gerat ut virum prudentem, & fortem, seque sinat vinci. Et esto consultus fuisset Eva abrupte statim colloquium & fugere, non sequitur quod peccaverit loquendo; non enim hoc ipso, quo aliquis est consultus, sequitur, quod sit absolute necessarium ex præcepto. Ad 2. Non est mentia Eva dicendo Deum prohibuisse tactum hujus fructus; intelligebat enim de tactu in ordine ad manducationem, qui erat verè prohibitus. Insuper non desunt, qui existimant etiam Deum prohibuisse tactum simpliciter, ut longius abesset periculum comedendi. Ad 3. Eva non dubitavit de veracitate Dei, sed potuit absque infidelitatis peccato dubitare, an poena mortis esset absolute a Deo statuta & infallibiliter infligenda, an tantum esset comminatio remissibilis. Adde, quod hoc vocabulum *forte* non sit semper dubitans, sed sæpe assentis, idem valens ac *certe* & *indubie*; ut Marth. ubi de Sodomitis, si apud eos facta fuissent signa, quæ facta sunt in Capharnaüm, dicitur: *forte*, id est, certo, *mansissent usque in hunc diem*. Item Joann. 4. 4. de muliere Samaritana: *Si scires domum Dei, & quis est, qui dicit tibi, da mihi bibere, forsitan, id est, indubie, petiisses ab eo*. Etiam quandoque ponitur *forte* respectu

ve ad effectum secundum se contingentem, licet sit aliunde certò eventurus.

Obj. 2. Primi Parentes non appetierunt similitudinem Dei, nisi quia crederent vera esse, quæ Serpens dixit: *Non moriemini, sed eritis sicut Dii scientes bonum, & malum*; atqui hic est error contra fidem: ergo primum peccatum primorum Parentum est infidelitas. Prob. Min. 1. Non poterant credere esse verum, quæ dixit Serpens: *Non moriemini, nisi crederent esse falsa*, quæ dixerat Deus: *morte morieris*; & hic est error contra fidem. 2. Non poterant sine errore in fide credere, similitudinem Dei esse possibilem: ergo. R. N. Min. Ad probat. D. Ant. pro utraque parte. Quoad 1. jam dixi, quod ex verbis Serpentis, non moriemini, primi Parentes non crederent Deum fuisse mentiturum, sed crederent aut dubitarent, num esset poena absolute & irremissibiliter statuta, an tantum comminatio remissibilis, præsertim Adam, qui videbat Evam adhuc viventem post esum fructus vetiti; & hic error non est contra fidem. Ad 2. partem: ex verbis seq. *eritis sicut Dii*, &c. non crederent similitudinem Dei ad æqualitatem esse possibilem, quod esset contra fidem; sed tantum similitudinem secundum quamdam imitationem seu participationem in scientia, quod non est impossibile, nec ideo contra fidem.

Inst. Aug. 1. 11. supra Genes. cap. 4. in illud 1. Tim. 2. *Mulier seducta in prævaricatione fuit*, dicit: *Hanc proprie seductionem appellavit Apostolus, per quam id quod suadebatur, cum falsum esset, verum esse putatum est, scilicet, quod Deus ideo lignum illud tangere prohibuerit, quod secebat eos, si tetigissent, velut Deos futuros; tanquam eis divinitatem invideret, qui eos homines fecerat*; atqui hoc credere pertinet ad infidelitatem: ergo. R. ex eodem Aug. 1. 11. de Genes. ad litt. cap. 30. (Etic 2. 2. 163. a. q. 3. ad 4.) quod verbis *Serpentis mulier non crederet a bona a que vitare divinitus se fuisse prohibitos, nisi jam inesset menti amor ille proprie potestatis, & quædam de se superbia præsumptiva*: Quod non est sic intelligendum, quasi superbia præcesserit suasionem activam Serpentis, sed quia statim post illam invasit mentem Evæ elatio, ex qua consecutum est, ut primò verborum Serpentis: *Quare vobis prohibuit Deus, &c.* crederet verum esse; quod Dæmon dicebat, scilicet Deum ex invidia prohibuisse esum ligni scientiæ boni & mali.

Repones: Fides est initium justitiæ: ergo infidelitas est initium injustitiæ. R. N. Conseq. Quia, quod est primum in adificatione, est ultimum in destructione.

Obj. 3. Primum peccatum Adæ fuit inordinatus amor uxoris, quò magis illi placere cupivit, quam mandatum Dei servare: ergo. Prob. Ant. Cum Deus Adamum argueret, respondit: *Mulier, quam dedisti mihi sociam, dedit mihi de ligno & comedi*; quasi diceret: amore sociæ, quam dedisti mihi, illectus comedi. Quam responsonem esse veram Deus videtur significare respondendo, *quia audisti vocem uxoris tue, & contedisti*, &c. ergo. R. N. Ant. Ad prob. N. Conseq. Equidem Adam habuit inordinatum amorem erga uxorem, & iste amor præcessit transgressionem exterioriorem præcepti, & hoc probant; quæ afferuntur in argumento; at non probant, hunc amorem præcessisse superbiâ interioriorem, quæ ex verbis Serpentis per Evam relatis, appetit excellentiam supra mensuram sibi competentem. Unde Aug. 1. 14. de Civit. cap. 13. dicit: *Si voluntas in amore superioris immutabilis boni, a quo illustratur, non inde ad sibi placendum reverteretur, & ex hoc inebriesceret & frigesceret, ut vel illa verum crederet dixisse Serpentem, vel ille Dei mandato uxoris præponeret voluntatem*.

Inst. Aug. 1. 11. de Genes. ad litt. cap. 41. dicit, quod Adam, quando uxor consensit ad edendum fructum, nondum senserat concupiscentiam: ergo nondum peccaverat. R. N. Conseq. Quia non dicit Aug. quod nondum habebat concupiscentiam, sed quod nondum senserat: quamvis autem non sentiebat, habebat tamen interius, quando exterius peccavit: sicut Eva non illam sensit, nisi postquam fructum Adæ porrexit, licet antea interius haberet.

Obj. 4. Primum peccatum Adæ non fuit ex amore sui: ergo non fuit superbia. Prob. Ant. ex discrimine inter Angelum & hominem. Angelus utpotè totus spiritualis primò se intelligit, ideoque potuit primò peccare per superbiâ ex amore sui. Sed

Sed primus homo, cum naturaliter non intelligeret nisi dependentes a sensibus & phantasmatis, prius objecta sensibilia, quam se intellexit: ergo primum hominis peccatum non potuit esse ex amore sui, sed ex amore alicujus objecti sensibilibus. R. N. Ant. Ad. probat. N. Conseq. Quia, licet cognitio sui non fuerit prima in Adamo, potuit tamen, postquam objectorum sensibilibus, deinde ex his sui cognitionem habuit, primo peccare ex amore sui; non enim fuit necesse, quod eo ordine, quo cognovit objecta, eodem postea ex illorum amore peccaret; praesertim cum in eo statu, ut jam non semel dixi, appetitus sensitivus non posset deordinari circa sensibilia, quin prius appetitus rationalis esset deordinatus erga Deum.

Ceterum observandum est, quod, quamvis primum hominis peccatum fuerit superbia, non fuit tamen solum, sed plura fuerint ei conjuncta. Itaque secundum Evam peccatum fuit infidelitas cum eo statu, quo creditur vera esse verba Serpentis, videlicet Deum prohibuisse primis Parentibus esum ligni scientiae boni, & mali, ne ad ejus similitudinem pervenirent, tamquam hoc tantum bonum, inquit Aug. l. 11. de Genes. ad litt. cap. 42. *Creaturae suae creator insidit*. Tertium fuit gula; et constat ex his verbis Genes. 3. *Vidit mulier, quod bonum esset lignum ad vescendum & pulchrum oculis, aspectuque delectabile*. Quartum fuit realis manducatio hujus fructus, adeoque specialis inobedientia quae fuit consummatio transgressionis praeccepti positivi. Quintum fuit scandalum, quatenus nempe induxit virum ad peccatum. Secundum peccatum Adae fuit inordinatus amor uxoris; quod colligitur ex eo, quod pro excusatione responderit Deo culpam exprobranti: *Mulier, quam dedisti mihi sociam, dedit mihi de ligno, & comedi*. Tertium fuit gula, seu nimis appetitus comedendi fructum vetitum, quem videbat pulcherrimum, & audiebat suavissimum. Quartum fuit specialis inobedientia, seu actualis manducatio fructus vetiti, quae fuit consummatio transgressionis praeccepti positivi, ut in Eva.

Restat difficultas non levis, an Adam fuerit seductus? Ex una parte negat Apostolus 1. Tim. 2. ubi volens ostendere, quod vir, & non mulier, debeat docere, asserit hanc rationem; quia *Adam non est seductus, mulier autem seducta in praevocatione fuit*; indicens his verbis, quod, cum mulier non vigeat iudicio & vigore animi, sicut vir, quod patet; quia vir non fuit seductus, & ipsa fuit seducta, facillius quam vir induceretur in errorem, sicut est inidonea ad docendum. Ex altera parte SS. Patres communititer ceasent, Adamum fuisse seductum. Ita S. Ignatius ad Trallianos, S. Irenaeus l. 3. c. 35. S. Cyrillus Alex. l. 2. in Joann. c. 3. S. Epiphanius haeres. 38. S. Ambrosius l. de Paradiso c. 4. S. Hilarius c. 3. in Ps. 118. S. Aug. l. 14. de civitate. c. 25. In Ps. 68. & Conc. 11. in Ps. 118. S. Prosper. contra colat. c. 21. S. Fulgentius l. de Incarnat. c. 22. & alii. Et quidem Adamum, non secus ac Evam, credidisse Serpenti dicenti: *Non mortemini, sed eritis sicut Dei scientes bonum, & malum*; ideoque pariter fuisse seductum, colligitur ex ironica increpatione Dei; si enim his Serpentis verbis non credidisset Adam, Deus illi exprobande ironice non dixisset: *Ecce Adam quasi unus ex nobis factus est, sciens bonum, & malum*: Haec enim alludunt ad verba Serpentis.

Ad horum conciliationem, varii varias ineunt vias. Qui ceasent enim Apostoli, Adamum non fuisse seductum, intelligunt SS. Patres de seductione, non speculativa, sed practica, qua quis errando peccat, existimans sibi convenire sic agere, quod tamen non convenit; quo sensu dicitur, *omnis peccans ignorans*; &: *errant, qui operantur iniquitatem*: hoc autem sensu, inquit, juxta SS. Patres, Adam seductus fuit sicut Eva, non tamen seductione speculativa, de qua loquitur Apostolus. Verum difficile foret ad hunc sensum restringere SS. Patres, quorum quidam accusant Adamum infidelitatis; alii dicunt amississe fidem; alii ipsum seductum fuisse cum Eva & sicut Evam, adhibendo fidem Serpentis.

Qui vero ceasent cum Patribus, Adamum seductum fuisse etiam speculativè; quidam dicunt supplendum fuisse in textu Apostoli; sicut enim versus praecedenti dixerat: *Adam enim primus formatus est, deinde Eva*; ita supplendum esse in versus sequenti, primus scilicet: *Et Adam non est, primus, seductus, mulier autem seducta in praevocatione fuit*. Alii dicunt, reverè Adam fuisse seductum, hoc est, falsum credidisse ex verbis Serpentis, sed non propriè & formalitèr: dicitur autem propriè & formalitèr seductus, qui ab altero ex animo & intentione fallendi inducitur in errorem; hoc autem modo Adam non fuit seductus; non a Serpente, quem non audivit; non ab Eva, quae, licet viro falsum persuaserit, ea tantum fuit decepta, & non deceptans, nec animo fallendi. Verum neutra interpretatio videtur congruere scopo Apostoli: Quod enim quis secundum tantum seducatur, aut non propriè & formalitèr seducatur, si tamen verè seducatur, non magis ostendit vigorem iudicii & animi, quam qui primus aut formalitèr seducatur, nec ideo est magis apertus ad docendum.

Quaproptèr, salvo meliori iudicio, existimo alitèr distinguendas esse seductiones. Alia est seductio in errorem formalitèr contra fidem. Alia est seductio in peccatum, seu etiam in errorem, sed non formalitèr contra fidem, sed materialitèr tantum. Adam itaque seductus fuit in peccatum, seu etiam in errorem, vel quia dubitavit, an poena mortis esset irreversibiliter statuta, an esset tantum comminatio remissibilis; vel quia creditur esum ligni vetiti, ratione levitatis materiae, esse leve peccatum; vel quia creditur, quod per hunc esum acquireret aliquam & imperfectam Dei similitudinem in scientia boni, & mali; isti autem errores non sunt formalitèr & aperte contra fidem, sed materialitèr tantum. Et Eva seducta fuit in errorem formalitèr & aperte contra fidem, quatenus reflectens ad verba Serpentis: *cur praecipit vobis Deus, &c. creditur*, juxta Aug. l. 1. de Genes. ad litt. c. 42. Et S. Thom. hic ad 4. & expressius art. 4. Deum ex invidia prohibuisse ipsi & Adae esum ligni scientiae boni, & mali, ne ad ejus similitudinem pervenirent, sicutque voluit habere aliquid contra Dei voluntatem; quod est formalitèr & aperte errare contra fidem. Non autem id creditur Adam, sicutque verum est quod dicit Apostolus, conformitèr ad suum scopum, quod Adam non fuit seductus, & Eva fuit seducta: qui enim facile seducitur in errorem formalitèr contra fidem, magis est ineptus ad docendum ea, quae sunt fidei, quam qui seducitur tantum in peccatum, aut in errorem solum materiale. Unde, quando quidam Patres accusant Adam infidelitatis, aut dicunt eum amississe fidem, intelligendi sunt de infidelitate & fide materialitèr sumptis.

Petes, utrum superbia primi hominis fuerit in hoc, quod appetierit divinam similitudinem? R. (*Hic q. 2.*) Superbia primi hominis fuit in hoc, quod appetierit inordinatè divinam similitudinem, non equiparantè seu ad aequalitatem, haec enim similitudo ad Deum non cadit sub apprehensione, saltè sapientis; sed similitudo secundum quamdam imitationem seu participationem in scientia boni, & mali, ultra quam mensuram sibi competentem. Unde Serpens non dixit Evae: *eritis sicut Dei*, sed: *eritis sicut Dei*; & Deus exprobando Adae non dixit: *Ecce Adam Deus effectus est*; sed: *Ecce Adam quasi unus ex nobis factus est, sciens bonum, & malum*.

ARTICULUS II.

De gravitate peccati primorum Parentum.

Uo hic quaeritur; primum, utrum peccatum primorum Parentum fuerit omnium peccatorum gravissimum? secundum quodnam fuit gravius peccatum, Adae, an Evae?

Dico 1. (*Ibid. art. 3. o.*) Peccatum primi hominis non fuit omnium peccatorum gravissimum simpliciter & absolute, sed tantum secundum quid. Prob. 1. pars. (*Ibid.*) Illud peccatum dicitur gravissimum simpliciter, quod est tale secundum speciem, & ex objecto; atque peccatum primi Parentis, quod fuit superbia, non fuit gravissimum secundum speciem, & ex objecto; peccata enim, quae sunt directe contra Deum, ut odium & contemptus formalis Dei; itèr alia, quae opponuntur Virtutibus Theologicis, sunt haec ratione graviora, quam superbia: ergo. Prob. 1. pars. (*Ibid.*) Illud peccatum dicitur secundum quid gravissimum, quod est tale secundum aliquam circumstantiam; atque peccatum primi hominis fuit gravissimum. 1. Ratione conditionis personae peccantis, cui erat facillimum non peccare, cum nihil haberet intrinsecus, quod ipsum ad peccandum impelleret. Unde Aug. l. 14. de civitate. c. 15. dicit: *Magna fuit in peccando iniquitas, ubi tanta fuit in non peccando facilitas*. 2. Ratione nocuenti; hoc enim peccatum infecto totam naturam humanam.

Dico 1. (*Ibid. art. 4. o.*) Si peccatum Adae & Evae consideretur secundum genus, utrumque fuit aequale; quia utrumque fuit superbia. Si consideretur secundum speciem, peccatum Evae fuit gravius; quia creditur Serpenti non solum dicenti: *eritis sicut Dei*, sed dicenti: *Seit enim Deus, quod in quocumque die comederitis ex eo, aperientur oculi vestri, & eritis sicut Dei, scientes bonum, & malum*: sicutque creditur, Deum prohibuisse esum hujus ligni ex invidia, nec illum manducandum fieri Deo similes, consequenter appetit similitudinem divinam contra Dei agnitam voluntatem. At id non creditur Adam, & ideo non appetit divinam similitudinem contra Dei agnitam voluntatem, sed ut possibilem obtentu per se ipsum; sicutque gravius fuit superbia Evae, quam Adae. Si vero consideretur utrumque peccatum ex conditione personae peccantis, gravius peccavit Adam, quam Eva, quia erat ille longè perfectior secundum animam.

Itaque in summa: Peccatum Evae fuit simpliciter & absolute gravius peccatum Adae: Peccatum autem Adae fuit gravius secundum quid. Et hinc solvuntur argumenta, quae opponi possunt.

AR-

ARTICULUS III.

De penis peccati primorum Parentum.

Dico 1. (*q. 164. art. 1. o.*) Prima poena peccati primorum Parentum utriusque communis per se, & directè a Deo imposita, est amissio iustitiae originalis, & supernaturalium donorum illi annexorum. Prob. (*Ibid.*) Homini in prima sui institutione hoc beneficium fuerat collatum divinitus, ut, quantum mens ejus esset Deo subjecta, quod habebat per gratiam sanctificantem, omnes vires inferiores animae subicerentur rationi, & corpus animae, & in hoc sita erat iustitia originalis. Cum ergo homo per peccatum amiserit gratiam, mens ejus a divina subiectione recessit, & inde consecutum est, quod nec vires inferiores subicerentur amplius totalitèr rationi, nec corpus animae; atque hinc necessitas moriendi, defectus corporales, & omnes hujus vite poenales, quae dicuntur poenae primi peccati. Hujus autem poenae non meminit Moyses c. 3. Genes. ubi describit poenas, quas Deus primis Parentibus imposuit, quia iam jam illam experiebantur, & se illam luere testabantur nuditate, erubescencia, & fuga; Deus autem, non quod iam patiebantur, sed quod deinceps passuri erant, significare voluit.

Secunda poena (*Ibid.*) etiam utriusque Parenti communis est mors, juxta illud Dei ad Adam: *Quocumque die comederis, ex eo morte morieris*. Et patet; quia privatio beneficii accepti propter culpam est poena; atque primi Parentes erant beneficio creatoris immortalitate donati, ut antea probavimus: ergo. Unde Apost. Rom. 5. *Per unum hominem peccatum in hunc mundum intravit, et per peccatum mors, et ita in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccaverunt*.

Dices 1. Mors est naturalis homini composito ex contrariis; atque, quod est naturale, non est poena: ergo. R. D. Maj. (*Ibid. ad 1.*) Mors est naturalis homini, sed a qua erat immunis beneficio creationis, C. A. qua non erat immunis, N. Et ad hunc sensum distincta Min. N. Conseq. Privatio enim, ut dixi, beneficii accepti propter culpam est poena.

Dices 2. Primi Parentes post esum fructus vetiti non mortui sunt eodem die, sed adhuc diu vixerunt: ergo. R. D. (*Ibid. ad 8.*) Ant. Non mortui sunt eodem die simpliciter, & absolute, transeat. Ad sensum Dei comminantis, N. Quia ex tunc fuerunt necessitati mortis addicti. Dixi, transeat; quia potest dici aliquo sensu, quod ex tunc sint mortui, quatenus, dispositione corporis in deterius mutata, tendebant ad mortem.

Prima poena mulieri propria explicatur his verbis Genes. 3. (*Ibid. a. 2. ad 2.*) *Multiplicabo arummas tuas, et conceptus tuos*. Intellige multiplicationem conceptuum, non quoad substantiam, & generationem proles, sic enim etiam fuisset in statu innocentiae, sed propter multitudinem afflictionum, quas mulier patitur, ex hoc quod portat foetum conceptum in utero. Sensus est ergo: Multiplicabo arummas conceptum, ut fert phrasia hebraica: vel multiplicabo arummas etiam in conceptibus tuis, conformitèr ad versionem 70. qui ommissa voce *conceptus*, posuerunt simpliciter, *multiplicabo tristitias, & gemitum tuum*. Quo pacto foeminae, quae virginitatem colunt, aut sunt steriles, etiam patiuntur arummas; quia, licet non concipiant, ex propria tamen conditione sexus plura incommoda, taedia, dolores, agritudines patiuntur ex materia ad conceptum ordinata. Adde, quod sterilitas in conjugatis sit poena, aequivalens incommodis conceptus. Secunda poena mulieris est haec: *In dolore paries filios*. Ib. in statu enim innocentiae mulieres absque dolore peperissent, apertis sine violentia visceribus, ut diximus alibi. Tertia poena mulieris sic exponitur: *Sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui*. *Ibid.* Non quod in statu innocentiae mulier non subiceretur viro, & vir non dominaretur uxori, sed tunc subiectio erat grata, & libera, quatenus mulier nihil concupiebat, quod repugnaret voluntati viri; & dominium viri erat, non despoticum, sed liberum, & directivum tantum, quatenus vir nihil praecipiebat nisi suavitèr, & honestè, & quod erat rationi, & voluntati uxoris consonum. Nunc verò, amissa iustitia originali, mulier ex sua parte sepe inordinate concupiscit, ob quod renuit obedire viro; aut si obediat, non nisi agrè, & cum molestia. Vir ex sua parte saepe irrationabilia exigit, nimis dure imperat uxori, aut nimis severè eam punit; indiget enim quandoque mulier correctione, quam agrè fert, & quam vir saepe immoderatè infligit; sicutque subiectio mulieris ad virum, & dominium viri in uxorem, est nimis poena mulieris. Poena propria homini continetur his verbis; *ibidem*: *Maledicta terra in opere tuo, in labore comedes ex ea cunctis diebus vitae tuae, spinas, & tribulos germinabit tibi, & comedes herbam terrae; in sudore vultus tui vesceris panem, donec revertaris in terram, de qua sumptus es*.

Dico 1. Adam poenitentiam egit de suo peccato, & veniam obtinuit. Prob. 1. ex illo Sap. 10. *Haec (sapientia) illum, qui primus formatus est a Deo Pater orbis terrarum, cum solus esset creatus, custodivit, et eduxit illum a delicto suo*. Educere a delicto est liberare a peccato. Prob. 2. ex Patribus. Irenaeus l. 3. c. 37. loquens de Adamo dicit: *Transgressionis fecit poenitentiam; poenitentibus autem largitur benignitatem suam*. Aug. Sermon. 104. de temp. Adam, qui interroganti Domino confessus est peccatum, quod commisit, veniam reddidit est. Greg. Magnus l. 6. Ep. 31. *Adam postmodum per poenitentiam ad vitam rediit*. Suadet ex benignitate, qua Deus Adamum corripit, & punivit, & firmabitur ex Conclusionem sequenti. Unde

Dico 2. Adam aeternam salutem consecutus est. Prob. 1. ex Scriptura. Sap. 9. dicitur: *Per sapientiam sanati sunt quicumque tibi placerunt, Domine*; & versus sequenti horum primus nominatur Adam, his verbis: *Haec illum, qui primus formatus est a Deo, eduxit a delicto suo*. Non solet autem Scriptura dicere de damnatis, quod placerint Deo, Prob. 2. ex Patribus praesertim ex Aug. qui Ep. 99. ad Evodium dicit: *De illo quidem primo homine generis homini, quod cum ibidem Christus ad infernum descendens solverit, Ecclesia ferè tota consentit; quod cum non inanimè credidisse credendum est, undecumque hoc traditum, etiam canonice Scripturarum hinc expressa non profertur auctoritas*. Porro, si id tota ferè credat Ecclesia, temerarium foret, & erroneum negare.

S. Hilarius in Ps. 119. dicit: *Adam veniam reservatus, et glorificatus in Christo est*. Greg. Nazianc. Orat. 31. c. 19. in Matth. lo-

Theol. Billuar. Pars Prima.

mutata, sed quia in statu innocentiae erat a Deo benedicta, & fecundata, ita ut sine labore, aut cum levissimo, fructus uberimos produceret; nunc autem relicta sua nativè sterilitati, nihil profert, nisi gravissimis laboribus exulta. Dicitur: *Spinnae, et tribulos germinabit tibi*, attende ad hoc vocabulum *ibi*; quia, licet autè peccatum germinaret etiam spinas, & tribulos, non tamèn germinabat homini, hoc est, homini nocivos, quatenus non germinabat in tanta quantitate, nec germinabat, aut germinasset in terris ab homine exultis, aut excolendis, sicut nunc. Dicitur: (*Ibid. ad 3.*) *In sudore vultus tui vesceris panem*. Per panem intelligitur omnis cibus. Cum ergo in statu innocentiae terra spontè proferret fructus homini necessarios ad cibum, nunc non nisi magno labore necessaria victui haberi possunt. Qui autem agriculturam non exercent, aut corporalièr non laborant, in aliis laboribus occupantur: *Homo enim nascitur ad laborem*; Job. 3. Et sic panem cum aliis manducant in sudore vultus.

Dices: Si mors, morbi, & aliae poenales in conceptu, & in partu, ceteraque poenales essent poena peccati primorum Parentum, deberent esse in omnibus aequales, sicutque omnes homines aequalitèr moreantur, & infirmantur, omnes mulieres in conceptu, & in partu aequalem dolorem paterentur, &c. atque falsum consequens; alii enim aliis citius moriuntur, alii aliis gravius infirmantur: inter mulieres aliae graviorem, aliae leviozem dolorem in conceptu, & in partu sentiunt: ergo. Prob. Sequela. Omnes homines aequalitèr derivantur a primis Parentibus, & in ipsis aequalitèr peccaverunt; atque aequalitèr peccato aequalis debetur poena: ergo. R. D. Sequela: (*Ibid. art. 1. ad 4.*) Si mors, morbi, & aliae poenales essent poena peccati primorum Parentum per se primo, & directè imposita, deberent esse in omnibus aequales, C. Si essent poena peccati primorum Parentum per accidens tantum consequens ad primam, & directam poenam, deberent esse aequales in omnibus, N. Duplex itaque debet distingui poena, una quae per se, & directè imponitur peccato velut a iudice, aut lege taxata, in qua semper servatur aequalitas cum proportione ad legem, & peccatum, & haec debet esse aequalis in omnibus aequalitèr peccantibus. Alia est per accidens, consequens ad primam, & directam, & haec non debet esse aequalis in omnibus aequalitèr peccantibus. Sic, v. gr. quod ex duobus excaecatis propter aequalem culpam unus cadat, alter non, excaecatio, quae est poena per se, & directè imposita, est aequalis in utroque; casus autem qui est poena per accidens sequens ad excaecationem, non debet necessario esse aequalis in utroque. Porro poena per se, & directè imposita peccato primorum Parentum est, ut diximus, privatio iustitiae originalis, & est aequalis in omnibus; mors autem, morbi, dolores mulierum in conceptu, & in partu, ceteraque poenales sunt poenae per accidens sequentes ad privationem iustitiae originalis, juxta varias personarum conditiones, & complexiones, & varias divinae Providentiae dispositiones. Unde non debent esse in omnibus aequales.

ARTICULUS IV.

De poenitentia, et salute primorum Parentum.

Dico 1. Adam poenitentiam egit de suo peccato, & veniam obtinuit. Prob. 1. ex illo Sap. 10. *Haec (sapientia) illum, qui primus formatus est a Deo Pater orbis terrarum, cum solus esset creatus, custodivit, et eduxit illum a delicto suo*. Educere a delicto est liberare a peccato. Prob. 2. ex Patribus. Irenaeus l. 3. c. 37. loquens de Adamo dicit: *Transgressionis fecit poenitentiam; poenitentibus autem largitur benignitatem suam*. Aug. Sermon. 104. de temp. Adam, qui interroganti Domino confessus est peccatum, quod commisit, veniam reddidit est. Greg. Magnus l. 6. Ep. 31. *Adam postmodum per poenitentiam ad vitam rediit*. Suadet ex benignitate, qua Deus Adamum corripit, & punivit, & firmabitur ex Conclusionem sequenti. Unde

Dico 2. Adam aeternam salutem consecutus est. Prob. 1. ex Scriptura. Sap. 9. dicitur: *Per sapientiam sanati sunt quicumque tibi placerunt, Domine*; & versus sequenti horum primus nominatur Adam, his verbis: *Haec illum, qui primus formatus est a Deo, eduxit a delicto suo*. Non solet autem Scriptura dicere de damnatis, quod placerint Deo, Prob. 2. ex Patribus praesertim ex Aug. qui Ep. 99. ad Evodium dicit: *De illo quidem primo homine generis homini, quod cum ibidem Christus ad infernum descendens solverit, Ecclesia ferè tota consentit; quod cum non inanimè credidisse credendum est, undecumque hoc traditum, etiam canonice Scripturarum hinc expressa non profertur auctoritas*. Porro, si id tota ferè credat Ecclesia, temerarium foret, & erroneum negare.

S. Hilarius in Ps. 119. dicit: *Adam veniam reservatus, et glorificatus in Christo est*. Greg. Nazianc. Orat. 31. c. 19. in Matth. lo-

Xx

quens

quens de Adamo, & Eva dicit: *Utrumque Serpens decepit, utrumque Christus Passione sua salute donavit.* Anselmus I. *Cur Deus homo* c. 16. ait: *Adamum, et Evam ad illam pertinuisse redemptionem, dubitandum non est.* Ipsum autem loqui de Redemptione quoad efficaciam, & non solum quoad sufficientiam, constat ex his verbis, quae subiungit: *Quomodo hoc auctoritas divina aperte non pro-*

nuntiet. De redemptione enim quoad sufficientiam auctoritas divina aperte pronuntiat; Rom. 5. *Sicut per unius delictum in omnes homines in condemnationem, sic per unius iustitiam in omnes homines in justificationem vitæ.* 1. Tim. 2. *Qui dedit redemptionem semetipsum pro omnibus.* Et alibi. Quod diximus de Adamo, idem de Eva censent communiter Patres, & Theologi.

TRACTATUS DE ULTIMO FINE.

D. Thom. a Quæst. 1. ad 6.

DISSERTATIO I.

DE ULTIMO FINE IN COMMUNI.

D. Th. Quæst. 1.

ARTICULUS I.

Quid, & quotuplex sit Finis.

Finis, relictis variis ejus acceptionibus, sumitur hic pro illa causarum, quæ allicit agens ad operandum; & definitur: *Id cuius gratia aliquid fit, sive, cuius gratia agens operatur* (Q. 1. art. 1. in arg. s. c.)

Ex quo inferes 1. quod finis sit principium in operabilibus ab homine, & omnium causarum prima: unde communiter dicitur, sic se habere finem in operabilibus, sicut se habet principium in speculativis; sicut enim ex principiis movetur intellectus ad conclusiones, ita a fine movetur voluntas ad media. Inferes 2. finem, & bonum esse idem materialiter; quia voluntas non potest moveri, nec allici, nisi a bono vero, vel apparente, quod est ejus objectum adequatum. Differunt tamen formaliter; quia bonum dicitur, proit est convenientis appetitui; finis, proit movet ad media, est enim id, cuius gratia aliquid fit. (*Ibid. o. & art. 3. o.*) Inferes 3. finem, cum sit primus in intentione, esse ultimum in executione, unde dicitur finis; quia ut obtineatur finis in re, debent precedere media. Inferes 4. finem non movere, nec finalizare nisi apprehensum, quia voluntas non fertur nisi in cognitum. (*Ibid. art. 1. ad 1.*)

Varia divisiones Finis.

Primò Finis dividitur in finem *cujus gratia*, & finem *cui*: finis *cujus gratia* est res, quæ appetitur; finis *cui* est persona, seu subjectum, cui finis *cujus gratia* appetitur: sic finis *cujus gratia* in Medico est sanitas; Finis *cui* est æger, cui appetit sanitatem. Hæc tamen divisio non est in duos fines distinctos, sed in duas res integrantes unum finem totalem, non enim finis *cujus gratia*, v. gr. sanitas, appetitur secundum se, & in abstracto, sed ut bona ægro. (*Hic q. 2. art. 7. ad 2.*)

2. Finis (Q. 1. art. 8. o.) dividitur in finem objectivum, seu finem *qui*, & finem formalem, seu finem *quo*. Finis objectivus, seu *qui*, est res, seu objectum, quod assequi cupimus: finis formalis, seu *quo*, est ejus assecutio, & possessio. Sic divitiæ sunt finis objectivus avari; earum acquisitio finis formalis. (*Infr. q. 11. art. 3. ad 3.*) Hæc divisio, ut præcedens, non est divisio in duos fines distinctos, sed in duas formalitates, seu res integrantes unum finem totalem; non enim avarus intendit divitias, nisi ut eas possideat.

3. Dividitur Finis in finem operis, & finem operantis. Finis operis est ille, ad quem ex natura sua tendit opus. Finis operantis est, quem sibi ad libitum constituit operans: v. gr. in eleemosyna finis operis est subventio pauperis; & intermedia operatur, nihilominus istæ causæ secundæ veræ, & propriæ causant in genere causæ efficientis. Itém in speculativis, ratio formalis principii non salvatur tantum in primis, & universalissimis principiis, sed etiam in intermediis, ex quibus immediate deducuntur Conclusiones: ergo similiter ratio finis non salvatur solum in ultimo fine, sed etiam in finibus intermediis; ita ut, sicut principia intermedia habent duplicem respectum, unum ad Conclusiones, quæ ex ipsis inferuntur, sub quo habent rationem prin-

per se 1. sed secundariò, & consecutivè, atque alio præsupposito movet, seu intenditur; & idèò fini primario subordinatur, non ut medium, sed vel ut effectus, vel ut aliquid illi consecutivè annexum. Sic finis primarius recitationis Breviarii est cultus divinus, secundariò stipendium (*In 2. cit. art. 3. et quodl. 5. art. 19.*)

5. Dividitur in finem effectum, & finem obtentum. Finis effectus est, qui operatione agentis fit & producitur, ut sanitas operatione Medici. Finis obtentus est, qui operatione agentis acquiritur, sed non producitur, ut premium certaminis. Non differunt isti duo fines in ratione causandi; uterque enim causat proit est in intentione; sed in ratione essendi, quia unus existit ante operationem, & dicitur antecedens, alter post operationem, & dicitur consequens.

6. Tandem dividitur in finem ultimum, & non ultimum. Finis ultimus est, qui nullius alterius gratia appetitur, sed ejus gratia cætera appetuntur, vel qui sic appetitur gratia sui, ut in nullum alium referatur. Finis non ultimus, seu intermedius, est, qui ratione sui quidem appetitur, cum relatione tamen, & dependentia ab ulteriori fine. Auctor tribus primis art. hujus Quæstionis agit de fine simpliciter; in sequentibus de ultimo fine ut sic. Circa hanc ultimam divisionem in finem ultimum, & non ultimum, seu intermedium, est difficultas.

Utrum Finis intermedius verè, & propriè habeat rationem Finis?

Resp. affirmativè. Ità communiter contra Vazquez. Prob. Non solum mediis, sed & finibus convenit subordinari aliis perfectioribus, & tamen ratione, & gratia sui appeti: ergo eis convenit ratio finis, non ultimi, cum finis subordinatus alteri fini non possit esse ultimus in ea serie: ergo intermedii. Prob. Ant. Sunt certa media, quæ non appetuntur ut merè, & præcisè utilia, dantia simpliciter transitum ad finem, sed ut importantia in se bonitate appetibilem, & sufficientem terminare aliquem motum in illo genere, quamvis subordinatè, & dependentè ab ulteriori bonitate: v. gr. appetitur cibus saporis propter sanitatem, sanitas propter exercitium virtutis, virtus propter Deum: Cibus saporis, sanitas, virtus in ea serie habent in se bonitatem sufficientem, ratione cuius appetuntur, non sic tamen quin & ipsa eorum bonitas ulteriori bono subordinetur; nam ipse sapor sibi conducit ad sanitatem, bonitas sanitatis ad virtutem, honestas virtutis ad Deum: ergo.

Confirmatur exemplo causarum efficientium, & principiorum in speculativis, quæ se habent ut fines in moralibus. In causis efficientibus, licet detur prima causa efficiens, ex cuius subordinatione alie causæ secundæ, & intermedia operatur, nihilominus istæ causæ secundæ veræ, & propriæ causant in genere causæ efficientis. Itém in speculativis, ratio formalis principii non salvatur tantum in primis, & universalissimis principiis, sed etiam in intermediis, ex quibus immediate deducuntur Conclusiones: ergo similiter ratio finis non salvatur solum in ultimo fine, sed etiam in finibus intermediis; ita ut, sicut principia intermedia habent duplicem respectum, unum ad Conclusiones, quæ ex ipsis inferuntur, sub quo habent rationem prin-

principii; alterum ad prima principia, ex quibus derivantur, sub quo habent rationem Conclusionis; ita fines intermedii habent duplicem respectum, unum ad finem ultimum, ad quem conducunt, & sic habent rationem mediis; alterum ad anteriora media, quæ ad illos ordinantur, & respectu illorum habent rationem finis, in quantum talia media appetuntur propter ipsos.

Dices: Quod appetitur ut utile tantum, non potest appeti propter se, quia utile ut tale non est bonum, nisi proit conducit ad alterum, adeoque non habet bonitatem absolutam, sed tantum relatam, & ex participatione finis, alioquin non appeteretur ut utile tantum, sed ut vel honestum, vel delectabile secundum se; atqui id, quod dicitur finis intermedius in tali serie, appetitur tantum ut utilis ulteriori fini assequendo: ergo. R. D. Maj. Quod appetitur ut utile bonitate tantum relatam, & ex sola participatione finis, non potest appeti propter se, C. Maj. Quod appetitur ut utile bonitate absoluta, subordinata tamen, non potest appeti propter se, N. Maj. Ad cuius sensum distincta Min. N. Conseq. Duplicitè itaque dicitur utile; uno modo bonitate purè relatam, & ex sola præcisè participatione, ut medicina amara; alio modo bonitate non purè relatam, sed cum fundamento bonitatis alienius absolute, subordinatæ tamen fini ulteriori, & ut talis deservientis ejus assecutioni, ut medicina sapida.

Repones: Medium utile, quod appetitur propter bonitatem absolutam in se, erit quidem finis, sed ultimus in alia serie, quod non negat Vazquez; at nullatenus erit finis in ea serie, in qua est medium utile. R. D. Ant. Si appetitur propter bonitatem absolutam, non subordinatam, C. subordinatam, N. Igitur intra eandem lineam, & seriem appetituum medium utile bonitate absoluta subordinata utrumque habet, & quod sit medium, & quod sit finis, sub diverso tamen respectu: appetitur enim ut medium, quatenus conducit ad assecutionem finis; appetitur ut finis, quatenus est appetibilis in se, subordinatè tamen ad majus bonum: & hoc totum habet in ea serie, in qua subordinatum est, atque una ex his formalitatibus juvat, & conducit ad alteram; id enim, quod est aliis in se appetibile, facilius, & congruentius acceptatur ut medium; & hoc quod est esse medium conducens ad finem, etiam juvat, ut res aliis appetibilis magis appetatur.

ARTICULUS II.

Utrum homo in omnibus suis actionibus agat propter finem?

Nota (*Hic q. 1. art. 1. o.*) Actiones, quæ ab homine procedunt, sunt duplicis generis: alie dicuntur hominis, alie humane. Ille actiones proprie dicuntur humane, quæ procedunt ab homine in quantum homo est, hoc est, in quantum differt ab irrationalibus creaturis, non solum quoad substantiam, sed etiam quoad modum operandi: differt autem homo ab aliis creaturis irrationalibus quoad modum operandi in hoc; quod agat liberè, & ita sit suorum actuum dominus, ut eos pro libitu ponat, vel non ponat. Unde ille solæ actiones dicuntur proprie humane, quæ ex voluntate deliberata procedunt: actiones autem, quæ ab homine quidem procedunt, sed non ex deliberata voluntate, sunt actiones hominis. Et quamvis quædam possint dici humane quoad substantiam, non tamen quoad modum, nec proprie secundum Theologiam moralem, quæ considerat hominem, ut est agens morale, ejusque actiones, ut sunt dignæ laude, vel vituperio, atque habent rationem meriti, vel demeriti. Omnes itaque actus humani sunt actus hominis, sed non e contra.

Hinc inferes 1. motus tam intellectus, quam voluntatis indeliberatos, ut sunt motus primo primi, esse quidem actus hominis, aut etiam humanos improprie, & quoad substantiam, sed non quoad modum, nec proprie: similiter actus ridendi, flendi, admirandi, loquendi, prævenientes deliberationem rationis. Itém actus puerorum, & amentium, cum non sint ex perfecta deliberatione: non enim preces aut suggestiones, quibus interdum erga pueros, & amentes utimur, eò tendunt, ut unum præ alio eligant, sed ut quod eis proponimus appareat illis sine ullo malo aut incommodo, siveque necessarid in illud ferantur. Inferes 2. e contra actus comedendi, bibendi, ambulandi, aliosve actus imperatos, dum fiunt ex deliberata voluntate, quamvis sint homini, & brutis communes quoad substantiam, esse tamen proprie, & quoad modum humanos, non proit egrediuntur a suis potentis, sed proit subjacent rationis deliberationi, & imperio. 3. Tandem inferes, amorem beatificum non esse proprie actum humanum, quia non est ex libera voluntate, ut dicemus Diss. seq. Neque refert, quod sit bonus bonitate morali; id quidem verum est de bonitate objectiva, quia fertur in objectum consonum regulis morum; non tamen bonitate exercitii, quia necessarius est, ideoque non meritorius. His notatis, Theol. Billuart. Pars Secunda.

Dico: Homo in omnibus suis actibus humanis agit propter finem. (*Ibid.* Prob. 1. (*Ibid. in arg. s. c.*) Omnia, quæ sunt in aliquo genere, derivantur a principio illius generis, seu, ut aliter dicitur, quod est primum in alio genere; est causa cæterorum ejusdem generis; est, inquam, causa in eodem genere causæ, in quo est primum, ita ut si sit primum in genere causæ efficientis, sit prima causa efficiens cæterorum; si sit primum in genere causæ finalis, omnia dependent ab illo ut a causa finali; & sic de aliis generibus causarum; atqui finis est principium seu primum in operabilibus, sicut principium in speculabilibus: ergo omnia operabilia ab homine, seu omnes actus humani pendunt, & derivantur a fine, consequenter fiunt propter finem; causalitas enim finis est, ut aliquid fiat propter ipsum.

Prob. 2. (*Ibid. o.*) Omnes actiones, quæ procedunt ab aliqua potentia, causantur ab ea secundum rationem sui objecti, hoc est, nulla actio procedens ab aliqua potentia potest ferri extra objectum adequatum hujus potentie: sic nulla est cognitio nisi circa verum, quod est objectum adequatum potentie cognoscitivæ; nulla volitio nisi circa bonum, quod est objectum adequatum potentie volitivæ, & sic de cæteris; atqui objectum adequatum voluntatis est finis, & bonum: voluntas enim ferri non potest in bonum, nisi ab illo sibi proposito alligatur, bonum autem alliciens est finis: ergo. Si dicas, media etiam allicere voluntatem, siquidem in ea feratur, R. ista media vel esse fines intermedios, & sic ratione sui ut fines alliciunt voluntatem, ut dictum est; vel esse pura media, sic autem alliciunt non ratione sui, sed ratione finis, propter quem appetuntur: & sic semper verum est, quod objectum adequatum voluntatis sit finis, & bonum.

Prob. 3. Discurrendo per omnes actus voluntatis, & simul præoccupantur præcipue objectiones. Inter actus voluntatis quidam versantur circa finem in ordine intentionis, ut simplex volitio, & intentio finis: quidam versantur circa media, ut consensus, electio, & usus. Quidam iterum circa finem in ordine executionis, ut finis possessio, seu fructus, & delectatio seu gaudium. Tandem sunt quidam actus imperati a voluntate, scilicet usus passivus aliarum potentiarum. De actibus, qui versantur circa media, non est difficultas; cum enim voluntas in ea feratur ad consequendum finem, palam est hujusmodi actus esse propter finem.

Quantum ad 1. volitionem finis, licet non sit ex precedente amore finis, cum ipsa sit prima ejus volitio, seu primus amor, causatur tamen a fine: ergo est propter finem. Prob. Ant. Causalitas finis non solum in hoc consistit, quod moveat, & allicit voluntatem ad media ex amore sui; sed etiam quod moveat voluntatem ad sui ipsius amorem, & desiderium propter intrinsicam suam bonitatem: sicut principia non solum nos movent ad assensum conclusionis, sed etiam ad assensum sui proprie intrinsicam suam veritatem: ergo prima volitio, seu primus amor finis causatur a fine. De intentione efficaci finis, præsupponente primam volitionem, non est difficultas, ut patet.

Dices: Finis non causat nisi in intentione: ergo, ut causet, supponit intentionem seu primam sui volitionem: ergo prima ejus volitio non est ejus effectus. Itém prima volitio finis non procedit ex deliberatione prævia, cum sit unde incipit deliberatio: ergo non est formaliter propter finem.

R. Has instantias laborare in æquivoco: unde ad 1. Cum dicitur, finem causare quatenus est in intentione, non intelligitur de intentione specialiter sumpta pro actu voluntatis, qui versatur circa finem in ordine intentionis, sed de intentione generaliter sumpta pro statu, quem res habet in intellectu seu apprehensione, & non a parte rei: unde sensus est, quod finis causet, proit est apprehensus, & secundum esse intentionale, quod habet in intellectu.

Ad 2. R. primam volitionem finis non esse ex deliberatione formali, & proprie dicta, qualis est, quæ versatur circa electionem mediorum, sed esse ex deliberatione virtuali, scilicet ex prævia cognitione discernente inter bonum, & malum.

Quantum ad possessionem seu fruitionem, & delectationem inde sequuntur, est dubium. Quidam Thomistæ probabiliter tenent, saltè delectationem esse propter finem; tum quia, sicut finis absens causat sui desiderium, sic præsens causat sui delectationem; tum quia delectatio habet causam efficientem, scilicet voluntatem: ergo debet habere finalem; omne enim agens agit propter finem.

Alii Thomistæ, ut minus æquè probabiliter, tenent fruitionem, & delectationem non esse propter finem. 1. Quia tota causalitas finis in hoc sita est, quod moveat, & excitet voluntatem ad sui amorem, & ex amore ad media pro illo adipiscendo; quo adeptio quiescit voluntas, & cessant actus humani in ordine ad finem acquirendum. 2. Quia Possessio seu fructus est finis *quo*, delectatio naturaliter sequens ad possessionem est ipsius complementum: unde nec possessio, nec delectatio ponunt in numero.